



UNA VOCE VENETIA

Sabato Santo

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaeum *Matth. 28, 1-7*

VÉSPERE autem sábbati, quæ lucéscit in prima sábbati, venit María Magdaléne et áltera María vidére sepúlcrum. Et ecce, terræmótus factus est magnus. Angelus enim Dómini descéndit de cælo : et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum : erat autem aspéctus ejus sicut fulgur : et vestiméntum ejus sicut nix. Præ timóre autem ejus extérriti sunt custódes, et facti sunt velut mórtui. Respóndens autem Angelus, dixit muliéribus : Nolíte timére vos : scio enim, quod Jesum, qui crucifíxus est, quaéritis : non est hic : surréxit enim, sicut dixit. Veníte, et vidéte locum, ubi pósitus erat Dóminus. Et cito eúntes, dícite discípulis ejus, quia surréxit : et ecce, præcédit vos in Galilaéam : ibi eum vidébitis. Ecce, prædíxi vobis.

Dal Vangelo secondo Matteo *Matth. 28, 1-7*

DOPO la sera del Sabato, mentre cominciava ad albeggiare il primo giorno della settimana, Maria Maddalena e l'altra Maria andarono a visitare il sepolcro. Quand'ecco venire un gran terremoto. Perché un Angelo del Signore, sceso dal cielo, si appressò al sepolcro e ribaltatane la pietra, ci sedeva sopra. Il suo aspetto era come il folgore e la sua veste candida come la neve. E per lo spavento che ebbero di lui si sbigottirono le guardie e rimasero come morte. Ma l'angelo prese a dire alle donne: Voi non temete; so che cercate Gesù, il crocifisso. Non è qui: è già risorto, come aveva detto; venite a vedere il luogo dove giaceva il Signore. Or, presto, andate a dire ai suoi discepoli che egli è risuscitato dai morti: ed ecco, vi precede in Galilea: ivi lo vedrete. Ecco, vi ho avvertite.